



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XV. Quinta, qui malè agit, omnes sibi similes putat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

rum quarum Jesuitæ insimulantur, ita partiri, & separari potest, ut alter altero misius, aut durius tractandus sit; sic enim sc̄la hac tam arte inter se comparet ut totum corpus, & cum hoc omnia eius individua membra in unum conspirant, & ad unum scopum mente, & corpore ferantur. Ita scilicet fieri oportet, nec quicquam interesse, inter communites hominum, & metalli venas, sed ex probato vtrōbique uno, vtrōbique omnia eadem astimari, inde communione omnium, hinc vnius culpa liquido comperta, omnes æquè pro reis damnari. At cur non potius insontes haberi? post exploratam vnius innocentiam, & confessionem omnium palam notam? sic iste argutator dum nimium premit, nihil exprimit. Sed ita sit sancitudo & confessionis mutuae præiudicio, partis vnius malum pertinere ad omnes iudicetur; ergo ne si cui extremus digitus abscedat, totum corpus secari vti-que oportebit? huius enim, membrorum inter se, quam Societatis vnius hominum coniunctio maior est, atque consensio, suaque singuli propria, diuersa ut plurimum sentiunt, & sāpē contraria. Nihilo præterea iustius, sententiam omnium ex vnius sensu colligere; quām probum, aut improbum eorum animum, ex uno. De tot Societatis scriptoribus, dictum forte, ab uno feligere, esto, vel assertum leuius vel parum ad censoris saluam fasciens, & hoc pro communi Societatis doctrina obtrudere, in qua sunt plurimi qui illud improbent, plures etiam qui non probent hoccine ius vulum, hoc vlla æquitas pariatur: *Iesuitarum Aphorismos*, anonymous nebulosus Emmanuelis Sa opus nominavit, & ex eo quod illic peccatum ab illo putauit, nigrum theta nobis omnibus præfigit, quasi propheticō septuaginta interpretum consensu, vel minimos etiam conueniremus in apices, & forent omnium quotquot sunt in Societate Doctorum ingenia, ex vnius cuiusque calamo apta. Omitto quod opiniones pro nostris damnantur, quā orbe toto iam inualuerant, priusquam nostra in elementis literarum lal- laret infantia, alij nimirū silentur auctores, ne qua pars odij nobis depereat.

## X V.

*Quinta, qui  
malè agit,  
omnes sibi se-  
miles putat.*

Quinto, id habent improbi, vt libenter credant omnes sibi esse consimili-les, vt iis qui vertigine laborant, verti omnia videntur, quod tunc deterius agitur, cum peccandi assuetudine, in licentiam quandam necessariam conuersā, irretita v̄su scelerum voluntas, impotentiam mentitur emendandi, ita vt plurimum qui peccant, libidinosi præcipue, patrocinia sibi singunt in credulitate sua arbitaria, qua omnes vt eadem secum ex carne concretos, ita pariter voluptarios esse volunt; qu ivero minus id præferant, cau-tos magis esse quām castos: hinc se fronte quidem manifestè leprosa co-gitant; alios sinu, & occulte, plaga eadem maculosos: Porro hi de se dum alios pendunt, dumque ( quod improbis innatum Ambrosius notat) no-lunt alios videri innocentes; palam est linguam cuiusmodi, ac stilum in sui dissimiles exerant. Susannæ causam impuri Iudices dum tractant; adul-tera est, & lapidibus obruenda, Danielem appellat virginem casti-monia ipsius, Secura est de victoria castitas, cum est iudicatura virginitas.

Sexto

